



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

210. De aqua benedicta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

runt quidam Deo , angelis hospitio receptis;  
& Dominus in die judicij dicturus est electis:

*Matth. 25.*

*Job. 31.*

*Hospes eram , & suscepistis me. Et Job dicit:*  
*Ostium meum semper viatori patuit.*

De aqua benedicta. *Ex epistola Alexandri  
Pape.*

Alexand. I.

epist. 1. c. 5.

Remedium Cu-

riensis c. 24.

Burchard. lib.

2. c. 53.

*Hebr. 9.*

4. Reg. 2.

CCX. Aquam enim sale conspersam po-  
pulis benedicimus , ut ea cuncti adspersi san-  
ctificantur. quod & omnibus sacerdotibus fa-  
ciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulz  
aspersus populum sanctificabat atque munda-  
bat , quanto magis aqua , quæ sale aspersa di-  
vinisque precibus sacrata est, populum sancti-  
ficat atque mundat ? Et si sale asperso per He-  
lisæum Prophetam sterilitas aquæ sanata est,  
quanto magis divinis precibus sacrata aqua  
sterilitatem rerum aufert humanarum , & co-  
inquinatos sanctificat & purgat , & cetera bo-  
na multiplicat , & insidias diaboli avertit, &  
phantasmatum versutiis hominem defendit.

De eadem re. *Ex supradicto Concilio  
cap. v.*

Hincmar.

ibid. c. 5.

Burchard. lib.

2. c. 52.

CCXI. Ut omni die dominico quisque  
Presbyter in sua Ecclesia ante Missarum sol-  
lemnia aquam benedictam faciat in vase nitido  
& tanto mysterio convenienti , de qua po-  
pulus intrans Ecclesiam aspergatur ; & qui vo-  
luerint , in vasculis suis accipient ex ipsa ,  
per mansiones & agros & vineas , super peco-  
ra quoque sua, atque super pabula eorum, nec  
non super cibos & potum suum conspergant.